

Die Traditionen des Hochstifts Freising (Ed. Bitterauf), Nr. 1035

Pateat quidam Constat quod omnis homo ista transitoria possidens cum his desiderat possidere gaudia sine fine mansura. Hoc praefatus Vuillibertus diaconus perveniens ante altare sanctae Mariae genitricis dei sanctique Corbiniani confessoris Christi presente domino episcopo et maxima turba fidelium suorum tradidit in capsam sanctae Mariae et in manus prescripti laudabilis episcopi et advocati sui Jacobi potestativa manu nullo contradicente domo dei et rectoribus sanctae dei aecclesiae perpetualiter Econtra vero in recompensatione huius complacitationis ac supra titulatae peractae traditionis tradidit venerabilis episcopus suusque advocatus nomine Jacob eidem suprafato Williberto diacono et advocate suo Rihholfo prope flumen quod dicitur Glana in villa que dicitur Adalhereshusa quicquid illo die et tempore ibi in beneficium habere a domo dei ac episcopo videbatur, hoc est curta domo horreo mancipiis; insuper etiam sibi concessit ad eandem rem retinendum atque fruendum iure hereditario hobam I molinam I caeterisque rebus omnibus rite ác legabiliter ad supradictas res pertinentibus ác iuste aspicientibus, hoc est terris cultis et incultis pratis silvis pascuis aquis aquarumve decursibus exitibus et redditibus mobilibus et immobilibus quaesitis et inquisitis totum et integrum, nil pretermittens prefato dedit Vuilliberto diacono tenendum et quicquid inde libuerit faciendum sine ullius contradictionis molestia. Eo Actum est ad Frigisingam in dei nomine feliciter anno incarnationis DCCCCII. Testes Asperht. Ruodperht. Sigimot. Alprich. Erchanfrid. Liutfrid et alii.